



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 90. Cæsar Bononiæ honorisice exceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1529.

§. XC.

*Cæsar Bononiæ honorifice exceptus.*

*Paul. Jov.*  
*ibid.*  
*Guicc. ut*  
*supra.*

Igitur Cæsar postera die, quæ erat quinta Novembris, Bononiam ingrediebatur. Accepto adventus nuncio quantocius cuncti Senatores equis vecti, ac vestibus ad pompam splendidis induiti ex urbe egrediebantur, demum vero bini ac bini ipsum Cæsarem præibant, ut eum ad urbem deducerent, viamque pararent. Præterea tota Universitas, omnesque quotquot in civitate quibusdam dignitatibus conspicui erant, plusquam ducentis Leucis extra urbis portas obviam ibant. Hos inter præcipui sericum auro distinctum umbraculum purpurei coloris deferebant, sub quo Imperator armatus incedebat, atque in ipso militaris Spiritus se prodebat, qui cunctis magni hujus Principis venerationem, & reverentiam inspirabat. Porro proxime Cæsarem sequebatur Antonius Leva Bellidux militari scientia longe clarissimus, qui equo vectus, senioque gravis præ gaudio in lacrimas effundebatur, in hoc potissimum lætus, quod adhucdum vita superstes tam speciali honore in hac solemnni pompa decoraretur, postquam jam quinquagesimum militiæ annum expleret.

expleverat, totidemque ferme vulnera Sæcul. XVI.  
acceperat.

A.C. 1529.

Huic proximi incedebant Andreas ab  
Auria supremus Cæsareæ classis Præ-  
fектus, & secundus Imperii Vexilifer,  
qui auream aquilam, Romanorum in-  
signe, præseterebat. Post hos ibant  
Ministri, ac aulæ Cæsareæ Officiales.  
Hoc ordine instructi omnes sonantibus  
tubis, ac tympanis procedebant usque  
ad aream Ecclesiæ Cathedralis, ubi al-  
tum amplumque erectum erat tabula-  
tum pretiosis tapetibus ornatum, in  
quo Clemens Papa Pontificio ornatu in-  
signis, ac tiara redimitus sedebat, Cæ-  
sarem præstolaturus.

§. XCI.

*Carolus Imperator a Papa exceptus.*

Cum igitur Carolus Cæsar plusquam  
vigesimo adhuc passu a pegmate di-  
staret, equo descendit, ejus latera sti-  
pantibus sexaginta & amplius Legatis,  
ac quamplurimis, iisque Nobilissimis  
aulæ suæ Proceribus. Postea medius  
inter duos Cardinales Farnesium, &  
Anconitanum proprius ad Papam acce-  
debat, atque consensis solii gradibus e-  
jusdem pedes genuflexus osculari para-  
bat; ast summus Pontifex, retracto pe-  
de confessim exurgens, Cæsarem ere-  
xit,